

monialium Cystersiensis ordinis in Lypz volumus nostri beneficii gratia consolari, dantes ei liberaliter de nostra habundantia molendinum^{a)}) in villa que dicitur Lvsitz situm cum omnibus attinentiis possidendum perhenniter et habendum, quatinus conventus prenotati cenobii pro tali dono specialiter deum pro nostre juventutis negl-
 5 gentiis interpellent. Ut autem ecclesia memorata hujus rei possessione inconcusse gaudeat et quiete, presentem paginam rei seriem continentem nostri sigilli munimine dignum duximus roborare ad indubitatum posteris indicium relinquendum; successoribus nostris fidelibus ea qua nobis tenebuntur fidelitate sollicite committentes^{b)}), quatenus donationem nostram servantes illibatam non sinant ecclesiam sepe dictam in
 10 hiis et in aliis possessionibus aliquatinus perturbari. Datum in Wizenvels anno incarnationis domini M. CC. XLI, XVII. kalend. februarii, indictione XIII^a), in presentia eorum quorum nomina sunt subscripta, Bernardus abbas in Bvoch, Theodericus summus prepositus in Nvwenburk, Heinricus Misnensis ecclesie prepositus, Hermannus de Lodeburk, Vlricus scolasticus Misnensis, Erpho canonicus Misnensis,
 15 Vlricus plebanus in Dresden, Bvrhardus de Kerichtorp et filius suus Henricus et alii quam plures.

(SFR.)

7.

Markgraf Heinrich eignet beim Eintritt der Tochter des Ritters Heinrich von Kohren in das Kloster
 20 *36 Höfe vor dem Petersthor (das Klostersgäßchen, jetzt Mühlgasse). Leipzig, 1246 März 16.*

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. — Das Reitersiegel an Pergamentstr.

Anm.: Vergl. das Erbzinsverzeichnis im Anhang unter No. II. Auch das Leipz. Schoßregister von 1546 (im Besitz des Herrn A. L. Anders) führt im Klostersgäßchen 36 Grundstücke auf. — Vergl. No. 8. Die Indiction ist falsch.

In nomine domini. Amen. Nos Henricus dei gratia Mynsensis et Orientalis
 25 marchio, Turingye | et Saxonie langravius ac comes palantinus notum facimus universis utriusque sexus | tam presentibus quam futuris, quod triginta sex curias sitas ante opidum nostrum Lypzk cum | proprietate et omni jure quod habuimus in eisdem ob reverentiam dei et beate Marie virginis ac sancti Georgii monasterio sanctimonialium prope Lypzk et puellis inibi deo famulantibus contulimus et conferimus per
 30 hec scripta cum filia Hinrici de Korin dilecti militis ac familiaris nostri per dictum monasterium perpetuo possidendas, renuntiantes omni juri quod nobis aut nostris successoribus in eis competere poterit in futurum, volentes quod idem monasterium seu sanctimoniales ejusdem dictas curias cum earum proprietate possidere debeant liberas et ab omni exactione precaria et servitutibus quibuscunque quocunque nomine
 35 nuncupentur immunes penitus et exemptas. Inhibemus etiam omnibus officiatis nostris pro tempore existentibus, ne hanc nostram collationem per nos de dictis curiis factam et libertatem desuper donatam audeant infringere seu in aliquo quomodolibet violare,

6. a) molandinum. b) comittentes.